

dictis, & inde necessario concluditur vltima pars, scilicet, analogiam constituens. Igitur ad illa partem confirmandam variae rationes afferuntur. Quaedam sunt generales, quibus in vniuersum probatur, ens non posse esse vniuocum respectu quoruscumque entium, quas non conueniunt esse efficaces, quia nihil verat respectu aliquorum ens esse vniuocum, de quare dicam infra di. p. 32. tractando de analogia entis respectu substantiae & accidentis, ubi illas rationes examinabimus. Aliae rationes sunt propriae & peculiare de ente ad Deum, & creaturas comparato. Inter quas praecipua ac fundamentalis esse videtur, quam attingit D. Th. supra, nam, quoniam effectus non aequat virtutem causae, non enim vtrique conueniunt dicitur vniuocum, sed analogice de illis, sed creaturae sunt effectus Dei, qui non aequant virtutem eius, ergo non sunt vniuocum sed analogice entia cum Deo. Maior probatur, nam quoniam effectus non aequat virtutem causae, non recipit similitudinem eius nisi eandem rationem: ergo nec potest habere nomen commune sine eadem rationem: ergo nec potest habere nomen vniuocum, cum illud sit huiusmodi, quod secundum eandem rationem dicitur.

VI. Hec vero ratio diminuta & inefficax videtur. Cum, n. dicitur, effectus, qui non aequat virtutem causae, non esse illi similem secundum eandem rationem, id est verum de ratione specifica & vltima, non vero de ratione conueniente, vel transcendentali, vt constat in omnibus causis & vniuocis, de quibus verum est, quod effectus non aequant virtutem causae, quia non recipiunt similitudinem specificam cum illis, & nihilominus potest in eis inueniri vniuoca similitudo in aliquo praedicto conueniente, n. ignis, aurum, & similia corpora, non aequant virtutem solis & sunt effectus eius, ac nihilominus vniuocum conueniunt cum illis in ratione corporis, substantiae, &c. Et ratio est in promptu, quia vt effectus non aequat virtutem causae, laus eius, quod non perueniat ad specificam perfectionem eius. Quod ergo in aliis praedictis conueniat sit conuenientia a vniuoca, id per se non est necessarium ex vi talis causalitatis.

A per accidens, per se autem fit secundum eam tantum rationem quae non supponitur, vt cum ex aere fit aqua non fit per se elementum aut corpus simplex, sed aqua, reliqua vero rationes committantur per accidens. Sic igitur, quando fol generat ignem aut aurum, semper supponit rationem entis, substantiae, & corporis, & ideo non causat per se effectum secundum eas rationes. Quapropter nihil impedit, quod in eis possint vniuocum conuenire. At vero creatura est per se effectus Dei non solum secundum determinatam rationem entis, sed etiam secundum ipsam rationem entis vt sic, prout in creatura reperitur, nullo modo supponitur in creatura ad actionem Dei, sed secundum omnem illam manat & pendet a Deo.

B Secunda ratio sumitur ex eodem D. Tho. & praecedentem confirmat, & specialiter ostendit, creaturam in nulla ratione qua ad Deo procedit, ad aequare virtutem Dei, siue illa sit ratio entis, siue substantiae, siue quaelibet alia. Quia in Deo ratio entis talis est, vt includat essentialiter omnem perfectionem entis, in creatura vero non ita reperitur, sed de finita & limitata ad aliquid perfectionis genus: ergo non aequat creatura Deum, et in communi ratione entis: ergo non dicitur ens de Deo & creatura sine eadem aequantem rationem: ergo nec vniuocum dici potest. Antecedens declaratur, quia Deus, eo quod sit ens simplicissimum, per essentialiam, & infinitum, includit essentialiter & vniuocum omnem perfectionem entis. Vnde ipsam rationem entis prout in Deo est, essentialiter includit rationem substantiae, sapientiae, iustitiae atque adeo (quod praecipuum est) includit essentialiter ipsum esse sine independentes & a se, cum tamen e contrario in creatura, ipsa ratio entis sit omnino pendens & ab alio, & in vno quoque ente est limitata ad certum perfectionis genus. Et ob hanc causam ratio entis dicitur esse in Deo per essentialiam, in creaturis vero per participationem. Item dicitur esse in illo quasi totaliter, id est, quasi vniuocum completens totum ens, in aliis vero quasi diuite per partes: ergo longe inferiori, & inadaequato modo reperitur ratio entis in creaturis respectu Dei, & consequenter non dicitur de illis vniuocum, neque sine eadem omnino rationem: nam, si Deus & creatura definitur, aut aliquo modo describerentur, longe alia ratione inueniretur Deus esse ens quam creatura.

C Haec quidem rationes, & similes, graues sunt & acute: illud tamen semper in eis difficile superest, quia vel nimium probat, vel efficaces non sunt: quia nimium non solum probant ens non esse vniuocum, sed et non habere vnum commune conceptum obiectiuum Deo & creaturis, quod in superioribus probauimus falsum esse, & plures Thomae, qui illis rationibus vtiuntur, id non admittunt, neque ipse D. Thomas, vt ego existimo & supra ostendi. Sequela probatur, quia, si ratio entis, prout in Deo, aliud essentialiter includit, quam vt in creatura, ergo non esset illa ita esse vna, vt vno conceptu formaliter repraesentetur, & vno conceptu obiectiuum constitua: nam intelligi non potest quod in conceptu vno vt sic, fiat varietas essentialis. Et declaratur in hunc modum, nam, cum dicitur Deus includere in sua ratione essentialiter totam perfectionem entis creaturae vero quasi partem, & ideo non aequari, vel e sermo de Deo & creaturae entia sunt, vel vt talia entia sunt. Hoc posterius dici non potest.

vtr. Nulli creaturam adaequare virtutem Dei demonstratur.

IX. Difficultas quam praecedens ratio non dat potest.

VI. Hec vero ratio diminuta & inefficax videtur.

VI.

VII. Effectus non aequat virtutem causae in eo quod ad illa generat, non ut sine rationem communem, & in neutra effectus aequat virtutem causae, non potest nomen esse vniuocum, siue significet rationem vltimam, siue eorum: nam tunc eadem efferat de vtraque: sed creatura est effectus Dei non tantum prout tale ens est, sed etiam prout ens est, quia a ens creaturam sine omnem rationem suam pendet a Deo, & sub nulla ratione aequat creatura virtutem, seu essentiam Dei: ergo si sub nulla ratione potest aliquod nomen dici vniuocum de Deo & creaturis. Neque hic habent locum instantiae adductae, nam ignis v. g. & aurum non sunt effectus aequiuoci solis nisi sine proprias rationes, sine communes autem, in quibus vniuocum cum sole conueniunt, vel sunt effectus vniuocum, vel potius non sunt effectus per se iam, vt alibi Aristoteles dixit, res non per se fit secundum eam rationem, secundum quam ex parte effectus seu subiecti supponitur, sed tantum